

Que iura aperte dicunt q̄ ubi quis potest delictum impedire vel
 ipsum facere corrigi si hoc nō facit graviter peccat. Vñ Cice-
ro in .i. li. de offi. m. c. de iniusticia. dicit q̄ si quis non defen-
dit sociuz cui alius facit iniuriā. tā est in vitio q̄ si pentes aut
amicos aut patriā deserat. Ad hoc. c. quāte. de sen. exco. Sed
quilibet magis tenetur defendere honore dei q̄ sociū imo ma-
gis q̄ seipm. Nec reputetur q̄ ista ciuitas patiat magnū dā-
num si iudei etiā a castris expellant. ex quo hoc conuenit hono-
ri diuino. Nullū em̄ dei mandatū debet impossibile reputari. s̄t
dicit sc̄tus Bernardinus allegans sanctū Hiero. vt. s̄. retuli.
Et de hoc pulchrius loquit̄ in secunda epl̄a ad Demetriadē.
in septima charta in secunda colūna:

Quere secundum dubiū an summus pontifex possit dispen-
 sare. p̄fecto non desino mirari q̄ iste frater ita sup̄me
 ita ignoranter loquit̄. Dubito q̄ mercedē aliquā suū
 filij recepit. Nullū em̄ peccatū sine cupiditate dimittit. & om̄is
 appetitus illicitus istius auaritatis est morbus. Amore pecu-
 nie vilis est om̄is affectio. & aia lucri cupida etiā pro exiguo
 perire nō meruit. nullūq̄ est in illo corde iusticie vestigiū i q̄
 sibi auaricia facit habitaculum. verba sunt sancti Leonis i ser-
mone. ix. d. passione domini. Vnde nescio quis sanctus per sua
serit q̄ papa possit dispensare in usura. Nam est casus i. c. su-
per eo. de usuris. q̄ non. & ibi hoc firmant om̄es doc. & Jo-
an. in regula. peccatū. li. vi. Et hoc dixi in consiliis meis. Vsu-
ra em̄ est contra ius naturale. vt dicit phus. i. politi. qui nul-
la lege scripta artatus vl̄ edoctus sed sola naturali ratione du-
ctus contractum usurariū est detestatus. Similiter fecit Cice-
ro in li. ij. d. offi. i. fi. ubi dicit q̄ fenerari est hominem occidere
Vnde Geraldus odonis in. iij. ethicorum. c. ix. q. penulti. dicit
q̄ om̄is usura fm̄ se est mala dato q̄ nō esset prohibita. Pre-
cepta aut̄ naturalia sunt indispensabilia. quia sūt inmutabilia
vt in. c. his ita. vi. dist. & per hoc nulla p̄cepta moralia prio-
ris testamenti sūt reprobata. vt dicit tex. i. dicto. c. his ita. Et
idem dicit sanctus Leo in sermone. xiiij. de passione domini.
Et pro hoc est bonus tex. in. capi. legatur. xiiij. questione. ij.